

SEX. PROPERTI

ELEGIARUM LIBRUM PRIMUM

COMMENTARIIS GRAMMATICIS

INSTRUXIT

ET LOCO PROGRAMMATIS SCHOLASTICI

EXHIBUIT

F. J. HILDENBRAND.

FRANKENTHALIAE.
IN AEDIBUS FRIDERICI ALBECKI.
MDCCCLXXXV.

Praefatio.

Linguae Latinae usus abhinc triginta annos invitavit plurima hominum literatorum studia, inter quos ante A. Draegerium inprimis memorandi sunt: R. Stern (Grundriss einer Grammatik für die römischen Dichter. 1851), Toernebladh (De elocutione Quintiliani. 1858), L. Grasberger (De usu Pliniano. 1860), F. W. Holtze (Syntaxis priscorum latinorum usque ad Terentium. 1861), Badstuebner (De Sallustii dicendi genere commentatio. 1863), F. W. Holtze (Syntaxis Lucretianae lineamenta. 1868), L. Kuehnast (Die Hauptpunkte der Livianischen Syntax. 1862), alii. Quibus libris insignia adiumenta nactus est doctus ille Draegerius, qui anno MDCCCLXXVIII opus laude haud indignum emisit, quod inscribitur „Historische Syntax der lateinischen Sprache.“ Critica cum subtilitate processus loquendi consuetudinis, quam multi scriptores Romani secuti sunt, generatim atque universe exposuit. Is autem ingenue fatetur illius libri praefatione non ignorare se susceptum munus haud plane perfectum esse. Desiderant imprimis poetae et Plinius maior, ut ait Draegerius, virorum eruditorum curam et studium. Ea vero, quae ille addidit exeunti praefationi, erant efficacissima. Nam multi, qui artibus liberalibus student, hac Draegeri cohortatione, ut pro viribus ad illud opus, quod quae sint cuiusque aetatis et scriptoris doceat, optima quaeque et necessaria conferant, etiam atque etiam concitantur.

Ad carmina Properti quod attinet, praeclaram operam novissime impenderunt huic poetae: Luc. Mueller (Sex. Propertii elegiae. Recensuit L. M. 1880), Aemilius Baehrens (Sex. Propertii elegiarum libri IV. Recensuit A. B. 1880),

A. Palmer (Sex. Propertii elegiarum libri IV. Recensuit A. P. Londin. 1880), P. Heymann (In Propertium quaestiones grammaticae et orthographicae. 1883), O. Wolff (De enuntiatis interrogativis apud Catullum, Tibullum, Propertium. 1883), Kuttner (De Propertii elocutione quaestiones 1878). (Kuttneri diss. mihi in manu non erat.) Frahnert (Zum Sprachgebrauch des Properz. 1874).

Restat, ut hic commemorem nuperrime prodisse priorem partem novi libri, qui inscribitur „Griechische und Lateinische Sprachwissenschaft.“ Quo libro J. G. Schmalz, vir doctus, Latinae linguae syntaxin acri diligentia tractavit. Si quis de libris supra enumeratis et aliis huiusce modi operibus plenius edoceri cupiat, consulat illius libri pag. 244 sqq.

Sunt tria genera librorum Latinae linguae usum tractantium, quorum uni omnino agunt de sermonis Latini consuetudine, alteri quae unius scriptoris propria sint demonstrant, tertii res continuate et breviter et quasi per capita descriptas et in formam commentariorum redactas percensent. Quorum in numero ducatur hic libellus, in quo insunt commentarii de primo Properti elegiarum libro conscripti.

Numeris usus sum Luciani Muelleri editionis, quae maxime gymnasiorum usu teri solet.

In iis autem, quae collegi, si quid judicabor congessisse ad enarrandum dicendi genus Properti, toto pectore laetabor.

Prop I. 1.

1, 1. Oeellis pro oculis persaepe apud Prop. invenitur, ut I. 3, 19. II. 10, 17.

1. 2. Contactum, Semel legitur apud Prop. hoc participium.

1, 3. Constantis. Est participium, quod bis in Prop. occurrit (III. 32, 11).

1, 4, Impositis. Septies hoc participium scripsit Prop. (II. 1, 20. III. 32 80. IV. 5, 39. V. 2, 28; 2, 33; 2, 46).

1, 7. Mihi furor hic non deficit. Unde elucet errare Draegerium, cum casum tertium ante Val. Maximum, Silium, Statium huic verbo non coniungi existimat.

1, 8. Cum tamen cogor. „Cum“ coniunctio concessiva post Terentium poetam coniunctivum postulare solet.

1, 8. Adversos. „Adversus“ participium inest sexies in Properti poematis (I. 14, 15. II. 6, 18. IV. 10, 23. IV. 14, 32. V. 11, 85).

1, 9. Nullos fugiendo labores. Est ablativus instrumentalis. Gerundium, quod vocant, ap. Prop. quinquies decies, in primo libro quinquies me legere memini. Ablativus instrumentalis sine obiecto bis (I. 18, 15. V. 11, 101) legitur; ex eo accusativus aptus est septies (I. 1, 9; 4, 1; 13, 12. II. 9, 8. III. 1, 19; 16, 7; 19, 15.) genetivus gerundii quinquies reperitur (I. 18, 16. IV. 8, 3; 12, 13; 13, 31. V. 4, 88).

1, 10. Jasidos. Est genetivus Graeca ratione formatus, qui apud Prop. quinquies decies legitur.

1, 11. sqq. Modo — et — etiam. Corresponsio temporalis, quam dicunt, Properti propria.

1, 12. Ibat videre. Verbum „ire“ cum infinitivo finali, velut I. 6, 33 Carpere ibis, scribitur, ubi significatur, quo consilio aliquid fiat vel quem ad finem; prosa oratio utitur vel particula „ut“, vel praepositione „ad“ cum gerundio, vel supino in „um“. Qua structura oratio propius ad Graecae linguae brevitatem accessit. Hunc infinitivum finalem s. consilii post verba movendi apud poetas crebro legimus, sic apud Prop. III. 1, 3: ingredior ferre; IV. 1, 71: ruis dicere; II. 16, 17: mittit quaerere.

1, 13. Percussus. Bis usurpat Prop. hoc participium (I. 16, 28).

1, 14. Arcadiis rupibus. Ablativo loci (der Ortsruhe) poetae saepissime utuntur.

1, 15. Potuit domuisse. Hoc perfectum ἀορίστως positum est, qua re apud poetas crebrius est nihil, inprimis post verba voluntatis et potestatis.

1, 17. In me cogitat artes; sic: facinus cogitare in aliquem Curt. 8, 6, 30. Similiter Prop. I. 1, 33. In me noctes exercet amaras.

1, 17. Non ullas. Poeta noster negando, i. e. particula „non“ anteponenda, persaepe significat contrarium. Similia exempla exstant: I. 1, 26; 1, 30; 2, 7; 4, 25, 26; 4, 18; 6, 35; 6, 23, 24; 6, 21; 8, 21; 9, 23; 12, 7; 16, 37; 18, 18; 20, 14.

1, 18. Meminit ire. Infinitivus post indicativum verbi „meminisse“ perraro scribitur; sic Verg. ecl. 8, 88 nec meminit decedere.

1, 18. Notas. Duodecies reperitur hoc participium in Prop. elegiis (I. 6, 24. II. 5, 6. III. 27, 38; 18, 1: 30, 20; 4, 8; 32, 28; 20, 3. V. 1, 121; 7, 64; 1, 26).

1, 19. Deductae. Quater Prop. hoc participium usurpat (I. 6, 15. III. 31, 38. V. 3, 13).

1, 20. Labor piare sc. est. Sic Liv. 39, 1, 5. Capere labor erat. Ovid. a. a. 1, 17. Labor est exorare puellam.

1, 22. Facite palleat. Modus coniunctivus sine „ut finali“ post verbum facere omnibus temporibus usitatus erat.

1, 23 Crediderim vobis posse dicere sc. vos. Rara est ellipsis pronominis vos in structura infinitivi cum accusativo.

1, 25. Lapsum. Octies legi apud Prop. hoc participium (I. 3, 23; 3, 45; 13, 8. III. 7, 7; 7, 20. IV. 14, 34. V. 4, 64).

1, 27 Patiemur pro singulari „patiar“ est pluralis modestiae.

Pluralis modestiae sex formas apud Propertium legi:

a. Pluralis pronominis personalis pro singulari invenitur:

I. 10, 11. Sed quoniam non es veritus concredere nobis, — I. 11, 5. Nostri cura subit (te) . . . I. 12. 1, 2.

b. Pluralis pronominis possessivi pro singulari „meus“ legitur:

I. 2, 31. nostrae vitae. — I. 11, 19, 20. libelli nostri. —
I. 3, 21. nostra de fronte. — I. 4, 26, 27. amore nostro. —
I. 5, 19. nostrae puellae. — I. 7, 25. carmina nostra. —
I. 8. 30. Cynthia nostra. — I. 11, 8. e nostris carminibus.

1. 15. 31. sub nostro pectore. — I. 15. 27. nostro periclo. I. 16. 21. nostro dolori.

c. Numeri pronominis promiscue positi sunt:

I. 7, 22 sq. ego praeferar — nostro sepulcro — ardoris nostri. — I 6, 23 sq. nostros labores — lacrimis meis. — I. 7, 13 sq. me legat — nostra mala. — I. 11, 23 sq. mihi — nostrae laetitiae. — I. 12, 1 sq. mihi — nobis. — I. 12, 5 sq. mihi — Cynthia nostra. — I. 15, 3 sq. me rapiat — in nostro timore. — I. 17, 11 sq. mea fata — ossa nostra. — I. 18. 11. mihi — nostro limine. — I. 19. 5 sq. nostris ocellis — meus pulvis. — I. 21, 3 sq. nostro gemitu — ego sum.

d. Pluralis verbi pro singulari.

I. 8, 28. Vicimus. — I. 10, 6. Vidimus. — I. 1, 27. patiemur.

e. Pluralis verbi et singularis pronominis.

I. 18, 17 sq. damus — meo in ore.

f. Pluralis pronominis et singularis verbi.

I. 10, 13 sq. Didici — in nobis. — I. 3. 21. Solvebam nostra de fronte. — I. 13, 1. 2. Nostro casu — vacem.

g. Pluralis verbi et pronominis.

I. 7, 5 sq. Nos, ut consuemus, nostros agitamus amores. Atque aliquid duram quaerimus in dominam.

1, 28. Sit libertas loqui. Cfr. I. 1. 20. i. e. sit libertas loqui, quae velit ira loqui. Pro neutrali adiectivo ponitur substantivum abstratum praedicative.

1, 31 sq. Remanete — sitis. Sic etiam apud Tibullum (I. 1, 37. Adsitis — nec spernite) modi variantur.

1, 35. Hoc, moneo, vitate malum. Poeta noster hic verbo „monere“ imperativum paratactico ordine ut alias verbo „quaeso“ adiunxit. Sic Tibull. II. 5, 114. Praemoneo, vati parce. Similiter Pl. Most. 196. Moneo ego te: te ille deseret aetate et satietate.

1, 36. Adsueto. Hoc participium quater apud Propertium legitur (I. 4, 4. II. 4, 4. V. 3, 53).

1, 37. Monitum. Semel invenitur hoc substantivum apud.

Prop. I, 2.

2, 1. Pronomen interrogativum „quis, quae, quid“ a Propertio saepe in interrogationibus rhetoricis, parcius in enuntiatis vere interrogativis usurpatur.

2, 1. „Vita“ blanda et amatoria allocutio; cfr. II. 16, 17. Me tibi ad extremas mansurum, vita, favillas. Cic. Fam. 14. 2. et 4. Ego te quam primum, mea vita, cupio videre. Plaut. Stich. IV. 2, 6. O mea vita, o mea voluptas! salve.

2, 1. Ornata. Per Prop. profert hoc partic. (III, 11, 14. V. 5, 55.

2, 2. „Sinus“ loco singularis „sinum“. cfr. I. 8. 38. — Senec. Octav. 404. Et ipsa Tellus laeta fecundos sinus paudebat ultro. Tibull. I. 2, 96. Despuit in molles et sibi quisque sinus. I. 3, 6. Quae legat in maestos ossa perusta sinus.

2, 5. Mercato. Bis legitur in Properti elegiis (V. 5, 32.)

2. 6, 7. Singulas interrogationes, quae vv. 1—6 explent, sequitur unum distichon, quo antecedentia generatim comprehenduntur, quasi quaedam ἀνακεφαλαίωσις. O. Wolff.

2, 7. Crede mihi . . non est. Enuntiata eodem tenore progrediuntur; ubi constructio infinitivi cum accusativo, quam vocant, postulatur. sic. Ter. Phorm. III. 2, 9. Crede mihi, gaudebis facto.

2, 8. Nudus Amor non amat, i. e. nam n. A. a. adiungenda est coniunctio causalis. Non raro eam omittit Tibullus poeta.

2, 9. Aspice. Cfr. I. 15, 3. 17,6. Imperativus huius verbi, e quo pendet interrogatio obliqua, apud poetam nostrum ter in primo libro legitur.

2, 12. Sciat currere. Scire cum infinitivo, ut Hor. ep. I. 17. 14. Si sciret regibus uti. Cic. de or. II. 22, 91. nec deligere scivit, refertur ad ingenii vim. Cfr. Nescire: Prop. II. 16, 32.

2. 13. Picta. Participium „pictus“ occurrit in poeta nostro

undecies (II. 6, 9. IV. 7, 16. IV. 21, 29. V. 3,9; 3. 37; 4, 20; 4, 53; 6, 9; 6, 26; 6, 50; 10, 21.)

2, 15 sq. non — non — non — nec. Est asyndeton memoratu dignum, cum loco conjunctionis neque ter „non" ponitur.

2, 15. Castora. Est Graecus accusativus, velut Hectora. II. 8. 38. IV. 1, 28.

2, 17. Discordia (Hippodamia) = Anlass zur Zwietracht. „Idae et cupido . . discordia Phoebo" = discordiam movens.

2, 19. Falso Octies „falsus" deprehenditur apud Prop. (I. 8, 29; 19, 9 II. 6, 7; 9, 5. III. 6, 6; 7, 31. IV. 18, 12.)

2, 20. Avecta. Semel apud Prop. „avectus" usurpatur.

2, 23. Non illis studium (= studebant) conquirere. Cfr. Virg. G. 1, 21. Studium quibus arva tueri. Tac. ann 14, 14. Studium cithara canere.

2. 23 Amans. Quinquies et tricies in Prop. eleg. occurrit hoc part. praes. (I. 2, 23; 5, 13; 5, 23; 8, 41; 10, 15; 15, 41; 16, 45; 16, 47; 18, 7; 19, 25; 20, 3. II. 7, 3. III. 3, 3; 6, 19; 6, 28; 7, 53; 8, 47; 9, 1; 9, 9; 16, 3; 17, 23: 22, 13; 23, 11; 28, 7; 31, 5; 31, 43. IV. 2, 47; 4, 1; 12, 35; 13, 21; 15, 11; 15, 19; 15, 27; 16, 5; 16, 11.

2, 26. Poeta de tertia persona deflectit ad secundam.

2, 28. Libens. Bis legitur in Prop. (III. 19. 11.)

2, 28. Hyperbaton figura hic exstat.

2, 30. Quaeque — quaeque. Cfr. Plaut. Amph. prl. 7. quasque — quasque. Liv. I. 55. quique — quosque. XXII. 26. quique — quique. XXVI. 51. quaeque — quaeque. „Que — que" pro „et — et" non raro profert Tibullus.

2, 30. Inest ἀνακολουθία.

2, 32. Taedia sint = taedeant. Pluralis „taedia" pro singulari saepius invenitur. Ovid. Met. 13, 213 ut longi taedia belli mente ferant placida. Iuven. VII. 34. Taedia tunc subeunt animos, et apud Plinium 34, 18, 50 et 28, 11, 46.

Prop. I. 3.

3, 1. Cedens. Semel leg. ap. Prop.

3, 1. Carina pro navi per synecdochen tropum (Quint. VIII. 6, 19) ponitur. Ex parte totum intellegatur, ut Virg. A. II. 23 statio male fida carinis. Ov. Her. 17, 103. celeri carina venisse. Hor. Od. I. 35, 8. Bithyna carina. Soph. Achai Fragm. VI. 2. ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

3, 2. Desertus. Duodecies occ. ap. Prop. (I. 3, 43; 15, 10; 17, 2; 18, 32; 20, 36. II. 6,36; 8,29. III. 9, 3; 10, 8; 14, 6. IV. 12, 47.)

3, 4. Andromede. Est nominativus e Graeca lingua petitus. Cf. III. 28, 21. V. 7, 63.

3, 5. Fessus. Octies inv. ap. Prop. (I. 3, 42. IV. 11, 8; 21, 19; 24, 17; V. 9, 4. V. 9, 66; V. 9, 42.)

3, 7. Mollem spirare quietem i. e. molliter quiescere.

3, 8. Nixus. Septies rep. ap. Prop. (I. 16, 33; 16, 42. III. 27, 40. IV. 2, 14. IV. 3, 17. V. 6, 63.)

3, 8. Nixa caput manibus. Est graecismus. Similiter Virg. ecl. 6, 53, ille latus niveum molli fultus hyacintho.

3. 9. Traherem vestigia. Verbum trahere pertinet ad tempus = in longum ducere.

3. 11. Sensus deperditus. Graeca est constructio. Cfr. Hor. Sat. II. 3, 295. mentem concussa. Virg. Aen. 4, 395. animum labefactus. Multa exstant exempla similia.

3, 12. Inpressus. Quater inv. ap. Prop. (I 16, 42. III. 32, 17. IV. 5, 17.)

3, 12. Inpresso adire toro. More Graecorum, velut προςβαίνειν τινι, iunctus esse videtur hoc verbum cum dativo.

3, 13 sqq. Occurrit apud poetam nostrum correptus bis (I. 3, 13. IV. 24, 13.), subiectus bis (I 3, 15. IV. 7, 7.), admotus bis (I. 3, 16. V. 8, 11.), expertus quinquies (I. 3, 18; 20, 14. III. 14, 18. III. 32, 3. IV. 3, 7), mentuens semel (I. 3, 18.), intentus ter (I. 3, 19. V. 5, 15. V. 11, 12.), fixus quinquies (I. 3, 19; 3, 34. IV. 8, 26. IV. 23, 7. V. 1, 141.), ignotus

undecies (I. 3, 20; 5, 5; 17, 17; 20, 15; 21, 8. II. 5, 2. III. 2, 1; 22, 20; 32, 8. IV. 15, 29. V. 8, 34.)

3, 20. Inachidos. Vide I, 1, 10.

3, 21 sq. Et modo — et modo — nunc. Notanda est haec enuntiatorum coniunctio copulativa. Similiter Ovid. 13, 922. Nam modo ducebam ducentia retia pisces, nunc in mole sedens moderabar arundine linum.

3. 22. Temporibus tuis. Est ablativus loci.

3, 23. Gaudebam formare. Post verbum „gaudere" raro aurea aetate ponitur infinitivus, velut Hor. od. I. 1. 11. gaudentem findere. I. 34, 16. posuisse gaudet. Sat. 2, 8, 62. Gaudes illudere. Virg. A. 2, 329 contingere gaudent. Lucr. 3, 614. Relinquere gauderet.

3, 25. Largibar (velut operibat IV. 13, 35). Haec forma verbalis e prisca coniugatione in aureae aetatis manavit. — Virg. A. 6 468 Lenibat. 8, 16 vestibat. 436 polibant. 10. 538 redimibat. 11, 572 nutribat.

3, 26. Volutus. Semel ap. Prop. scribitur.

3, 27. Duxti (similiter dixti IV. 23. 15). Syncope pro „duxisti". Qua contractione utuntur Varr. ap. Non. 4, 130. Catull 91, 9. Plautus Merc. 3, 4, 73. Ch. Jam dixisti? E. Dixi. Ch. Frustra dixti etc. Eodem loco exstat integra et contracta forma.

3, 27. Suspiria duxti. Cfr. Ov. Met. 10, 402. Suspiria duxit ab imo pectore.

3, 28 sq. Obstupui nequa — neve quis, sc. timens; hoc verbum habet metuendi notionem ut terrere ap. Hor. od. I. 2, 5.

3, 29 Tibi portarent timores. Portare ponitur sensu verbi „afferre". Cfr. Ter. Andr. 2, 6, 2. Aliquam alicui portare fallaciam. Val. Fl. 2, 326. alicuius preces alicui.

3. 29. Occurrit ap. Prop. insolitus bis (I. 8, 8.), visum ter (I. 3, 29. II. 6, 28. III. 21, 20).

3, 29. Timores. Pluralis pro „timore". Cfr. Hor. Ep. 1, 4, 12. timores inter et iras. Ov. 1, 37, 15. Redegit in veros timores. Cat. 64, 69. Quantos illa tulit languenti corde timores. Graece φόβοι. Soph. Ai. 531.

Oed. 585. 917. Xen. An. 4, 23. Δέα Aelian. de nat. an. 8, 10; 13, 27.

3. 31. Donec — patefecit. Donec conjunctio sensu Germanicae particulae „bis“ in prisca lingua semper indicativo coniungitur; aurea aetate refertur adea, quae certe vera sunt. Apud Tacitum construitur saepissime cum indicativo perfecti.

3, 31. Occurrit apud Prop. diversus quater (I. 10, 15. IV. 2, 33. V. 7, 56), percurrens semel.

3. 32. Moraturis. Cf. IV. 20. 4. Participium futuri activi apud Propertium sexies et vicies, in primo libro sexies legitur (I. 3. 32; 9, 18 venturi; 8, 37 daturus; 15, 13 visura; 15, 27 dolitura; 15, 41 moniturus). Compositus (I. 3, 33.) occurrit quater ap. Prop. (I. 11, 14; 20, 22. II. 22.)

3. 34. Fixa toro cubitum. Est graecismus. Cfr. Virg. A. 11. 507 oculos fixus.

3, 35. Referens ter inven. ap. Prop. (I. 16, 6. IV. 5, 4).

3, 35. Iniuria, i. e Gefühl begangenen Unrechts.

3. 36. Clausus leg. ap. Prop. quater decies (I. 11, 11; 16, 18. II. 7, 9. III. 17, 12; 20, 30. IV. 2, 49; 5, 14; 13, 23; 17, 1. V. 3, 54; 7, 89; 9, 25; 9, 62.

3, 37. Consumpsti. Est syncope pro consumpsisti. Similiter Lucr. I. 233. Consumpse pro consumpsisse.

3, 38. Exactus quater rep. ap. Prop. (III. 6, 3. IV. 1, 8. IV. 8, 10. IV. 21, 30.

3, 37. Ei mihi. Ei saepe cum „mihi“ iungitur; graece οἴμοι. — Orationi interrogativae admixtae sunt inprimis ante vel post nomen adiectivum σχετλιαστικόν a, hei, heu voculae in rebus quae non sine magno dolore percipiuntur vel in tristitiae recordatione. Wolff.

3, 41. Modo — rursus et. Haec coniunctio enuntiatorum copulativa poetarum propria est. Apud posteriores, velut apud Tacitum (ann. 14. 4) in prosa oratione legitur. Draeg. II. p. 89. 1878.)

3, 45. Dum impulit. Modus coniunctionis „dum“ ap. Prop. variatur et ap. Horatium.

Prop. I. 4.

4, 2. D o m i n a a b i r e m e a. Est ablativus disiunctionis. Verbum „abire“ poetae hoc casu sine praepositione iungunt et ex Livi aetate prosae scriptores sensu verbi „discedere e conspectu alicuius“. Sic Virg. Buc. VII. 56. Montibus his abeat. Pl. Merc. 3, 4, 69 urbe.

4, 3. V i t a e q u o d c u n q u e sequetur d u c e r e. Qua de structura mihi liceat posteriore loco disserere.

4, 1. Multas l a u d a n d o puellas. Vide ad I. 1, 9.

4, 1. Quid. Designat causam et finem, quo sensu pro „cur“ ponitur.

4, 3. Quid me non. Propertius solus „quid“ cum negatione coniunxit aliis verbis inter „quid“ et „non“ interpositis (Cfr. I. 12, 1.) W.

4, 5, Nycteidos. Vide I. 1, 10.

4, 2. Occurrunt ap. Prop. m u t a t u s sexies (I. 4, 2; 6, 6; 18, 17. IV. 21. 9. V. 8, 28; 8, 87;) a c c e p t u s quinquies (I. 4, 16; 6, 34. II. 9, 43. IV. 12, 55. V. 11, 34.) i r a t u s duodecies (I. 4, 20; 9, 22. II. 5, 13; 5, 23. III. 15, 39; 18, 13; 27, 9. IV. 7, 28; 27, 10. V. 6, 28; 8, 57; 9, 62.) r a p t u s quinquies (I. 4, 26; 20, 48 III. 22, 31. IV. 6, 13. V. 3, 64.)

4, 13. sq. E t q u a e g a u d i a ducere libet i. e. et gaudia, quae.

4, 13. M u l t i s d e c u s a r t i b u s i. e. decus multarum artium.

4, 15 A m o r e s. Hic pluralis, qui semper exeunte versu scribitur (I. 8, 45. 9, 1. 12, 5. 15, 19. 16, 19. 18, 19. 20, 51.), metri saepius commoditate quam elegantia orationis positus esse videtur. Cfr. ἔρωτες Soph. Ai. 1205. 1206. Ant. 617.

4, 18. N o n t a c i t i s vocibus. Vide I. 1, 17.

4, 22. N u l l o l i m i n e = in nulla domo. Est ablativus loci. Per synecdochen tropum ex parte totum intellegatur. Tectum, limen crebro pro domo recipitur.

4, 25. N o n u l l o. Vide I. 1, 17.

4, 26. S i b i. Pronomen reflexivum, quod ponitur in enuntiato

comparativo cum indicativo coniuncto, refertur ad subiectum enuntiati antecedentis. Madvigius eiusmodi locos in numero locorum minus accurate scriptorum habet; Halmius notat ad Roscium Am. 2. locos huiusce generis inveniri in prioribus Ciceronis scriptis. Exempla sunt: Chrysogonus hunc sibi ex animo scrupulum qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis, postulat. Cic. Rosc. Am. 2. — Metellus in iis urbibus, quae ad se defecerant, praesidia imponit. Sall. Jug. 61. — Patres nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt. Hor. Ep. II. 1, 83.

4, 23 sq. Nullas illa suis contemnet fletibus aras, Et quicumque sacer, qualis, ubique, lapis. Est ἀνακολουθία tota sententia.

4, 27. Maneat sic semper, adoro. Paratactico ordine enuntiata velut alias verbum „quaeso“ iunguntur.

Prop. I. 5.

5, 3. Interrogatio obiurgationis plena. W.

5, 3. Quid tibi vis? Haec interrogationis formula (cum dativo ethico) bis legitur apud Propert. IV. 2, 15.

5, 3. Furores. Hoc plurali poetae libenter uti videntur exeunte versu metri necessitate adducti, velut Cat. 64, 53. Indomitos in corde gerens Ariadna furores. Ovid. Met. II. 6, 40. Fatidicos concepit mente furores.

5, 5. Vestigia ferre. Sil. 9, 101. Vestigia ferre, i. e. ire. Similiter Sil. 3, 180. fer agiles gressus. Sil. 9, 243. Vagos ferre cursus.

5, 5. Ignes. Hic pluralis quater in primo libro occurrit, ter exeunte versu (I. 6, 7; 11, 7; 15, 21). Poetae significant plurali furorem, internam vim agitantem, saepissime amoris ardorem velut Callimachus voce πῦρ hoc sensu utitur.

5, 7 sq. Occurrunt apud Prop. collatus bis (I. 5, 7. V. 11, 89), votum duodevicies (I, 9; 10, 4; 16, 44; 17, 4. II. 9, 25. III. 12, 18; 20, 23; 22, 29. IV. 1, 38; 2, 10;

24, 20. V. 1, 101; 2, 17; 3, 17; 6, 18; 6, 42; 10, 14; 11, 7), contemptus sexies (I. 5, 13; 13, 9; 19, 21. III. 20, 19. IV. 1, 37; 18, 3), querens ter (I. 5, 17; 18, 1. V. 3, 55), exclusus ter (I. 5, 20; 16, 8. IV. 25, 15), rogans bis (I. 5, 27. IV. 11, 4), rogatus semel (I. 5, 32).

5, 8. Irasci non sciet. Scire idem valet quod posse et omnibus temporibus cum infinitivo hoc sensu construitur.

5, 9. Quodsi etc. Hoc loco protasin particula „quodsi" inchoatam sequitur apodosis, quae significat exclamationem, ut v. 25 sq.

5, 11. Somnos. Est pluralis, qui apud poetas legitur. Sic Virg. G. 3, 530. Hor. Ep. 5, 96. Od. I. 25, 3. Sat. I. 5, 15. Graece ὕπνοι. Eub. περὶ πρώτοος ὕπνους. Plat. ἐκ τῶν ὕπνων ἐγειρόμενος. Luc. ἡδίους ὕπνους καθεύδει.

5, 13. Limina. Pluralis limina pro „limen", velut „tecta" pro „tectum" non raro scribitur. Per synecdochen, quae dicitur, est ipsa janua.

5, 17. Fugient tibi verba querenti. Verbum „fugere" haud saepe tertio casui iungitur. Sic Verg. G. 3, 66. Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi prima fugit. Sil. 2, 465. Jam lumina retro exesis fugere genis.

5, 18. Nosse. Ab hoc verbo interrogatio obliqua apud Prop. quater orditur (II. 27, 11; 33, 30; 34, 24. B.), ab verbo discere ter (I. 5, 20. IV. 3,35; 81. B.), ab v. mirari quater (I. 5, 21; 14, 5. II. 1, 10. III. 10, 1. B.) ab v. quaerere novies (I. 5, 32; 22, 1; II. 1, 1; 3, 5; 22, 13; 27, 2, 3; 31, 1; 34, 51; III. 13, 1. B.)

5, 19. sq. De huius interrogationis structura confer Wolff. diss. p. 43.

5, 21. sq. Nec — aut cur. Est notabilis enuntiatorum coniunctio.

5, 24, Nescit cedere. Vide I. 1.

5, 25. Quodsi. Vide v. 9, 10.

5, 27. Solacia. Pluralis etiam reperitur apud Cic. velut Tusc. 2, 24. — Ovid. Met. 11, 329.

5, 27. Solacia ferre. „Ferre“ hic idem valet quod „afferre“ et „dare“.

5, 31. De collocatione verborun, ex quibus enuntiatum interrogativum pendet, confer Wolff p. 43.

Prop. I. 6.

6, 2. Ducere vela i. e. vela deducere, vela pandere, quod hoc loco idem valet ac „plenis velis navigare“.

6, 2. Aegaeo salo. Est ablativus loci a poetis saepissime usurpatus.

6, 5. Leguntur ap. Prop. conplexus bis (I. 6, 5; 10, 5), relictus ter (I. 6, 8. III. 19, 30. V. 3, 30). doctus undevicies (I. 6, 13; 7, 11. II. 3, 20. III. 2, 6; 4, 11; 12, 12; 24, 28; 28, 16; 28, 38; 30, 20; 32, 79; 32, 89. IV. 19, 8; 21, 1; 21, 26; 23, 1. V. 3, 38; 5, 5; 6, 24), oppositus bis (I. 6, 17. III. 27, 39), meritus ter (I. 6, 19. III. 27, 13. IV. 14, 43), oblitus ter (I. 6. 20; 15, 26. V. 4, 22). armatus bis (I. 6, 22; V. 1, 148), libenter bis (I. 6, 27. III. 31, 41), fatum sexies et tricies (I. 6. 30; 7, 4; 14, 14; 17, 11; 17, 19; 19, 2; 19, 12; 19, 17. II. 1, 17; 1, 71; 1, 78. III. 1, 20; 5, 4; 5, 23; 5, 31; 6, 31; 7, 23; 7, 54; 15, 19; 24, 25; 24, 26; 24, 31; 32, 39. IV. 8, 56; 11, 21; 12, 63; 21, 33; 22, 38; 25, 5. V. 1, 70; 1, 71; 7, 51; 8, 25; 9, 65; 11, 56; 11, 63), aratum semel (I. 6, 32).

6, 7. Argutare = loquaciter proloqui quasi cicada (Naev. 34), loquendo ostrepere; ignes i. e. amores.

6, 8. Queritur nullos esse relicta deos, i. e. queritur se deos esse negaturam, si relicta sit. Participium perfecti passivi ponitur loco futuri exacti, Cfr. Draeg. hist. Synt. § 577. Caes. b. g. 5, 39. hanc adepti victoriam in perpetuum sc. fore victores confidebant (= si adepti essent).

6, 9. Illa meam mihi iam se denegat. Parcius accusativo praedicati iunguntur sentiendi verba negativa. De notione verbi, quod sensu verbi „recusare“ scribitur, vide etiam Prop. II, 19, 12. Et nunquam pro te deneget esse miser.

6, 12. Si quis lentus amare potest i. e. si quis tardus, frigidus esse potest ad amandum s. ad concipiendum amorem. Poetae brevitatem graeci sermonis in usum suum vertunt, cum adiectiva iungunt infinitivis.

6, 13. An. sit. In interrogatione directa Propertius bis particula „an“ interrogationi inserviens cum concunctivo construit. Cfr. III. 6, 30. An mediis sidat honusta vadis?

6, 17. Osculaque opposito dicat sibi debita vento i. e. dass sie die ihr gehörenden K. dem entgegengesetzten W. sage (näml. umsonst).

6, 18. Et nihil. Hac coniuntione scriptores aureae aetatis perraro, posteriores saepe utuntur. Tac. A. et nihil A. 1, 38; 11, 27.

6, 19. Patrui meritas secures i. e. a patruo meritas secures.

6, 23. Et tibi non unquam. Et non vide I. 6, 18; non unquam I. 1. 17.

6, 23, 24. In eodem enuntiato legitur nostros (pro „meos“) et „meis“. Vide I. 1, 27.

6, 24. Lacrimis omnia nota meis i. e. omnia mihi lacrimas fundenti nota.

6, 33. Carpere ibis. Vide I. 1, 12.

6, 33. Pedibus terram, pontum remis carpere. Est artificiosa verborum collocatio, quae a grammatis χιασμὸς appellatur (Quint. 9, 3, 86 nomina ex diverso collocata). Duae notiones a se discripantes ita ponuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur.

6, 33. Carpere terram, pontum i. e. iter facere terra, mari. Ov. Met. 11, 752. Mare carpentem. Trist. 1, 9, 23. Pede campos carpere. Met. 4, 615. Alis aera carpere.

6, 35. Non immemor. Est litotes figura, qua poeta noster contrarium negaudo fortius affirmat.

Prop. I. 7.

7, 1. Tibi dicuntur Cadmeae Thebae = a te. Tertius casus pro ablativo cum praepositione „ab“ raro legitur. Cic. Tusc. 4, 19 Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae? Off. 3, 9. Honesta bonis viris quaeruntur. Similia

exempla exstant ap. Draeg. hist. Synt. I. p. 394 sqq. De quo usu vide Mado. de fin. 1, 4, 11. Exempla bonorum scriptorum prosae orationis aut in participio sunt, ut res effecta tamquam externa exstet et ad personam referatur sive commodi sive atiqua eius modi ratione aut in eius modi verbis, ut non solum ab aliquo, sed etiam alicui res fieri intellegatur, ut in quaerendi verbo. — Cuius constructionis exempla etiam rarissima sunt apud Horatium (Sat. II. 1, 84. Od. I. 6, 1. Ep. I. 1, 94; 19, 3.)

7, 3. Contendis Homero. Contendere cum aliquo saepissime ponitur pro certare, in contentionem venire. Poetae hoc verbum tertio casu iungunt, velut Prop. I. 14, 7. Lucr. 3, 6 Quid enim contendat hirundo cygnis? Stat. Silv. I. 3, 101. Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris.

7, 5. Nos . . nostros (pro „me . . meos") agitamus amores nec cogor, Vide I. 1, 27.

7, 5. Consuemus. Est syncope pro consuevimus, quam hoc verbum in praeteritis haud raro patitur.

7, 7. Tantum — quantum servire. Tantum (τοσοῦτον) cui respondet quantum, iungitur cum verbo. Sic Cic. Att. 12, 18. De fano tantum, quantum me amas, velim cogites.

7, 9. Hic mihi conteritur vitae modus. Est dativus ethicus. Cic. Fam. 9, 2. An tibi repente paucis post diebus venit ad me Caninius.

7, 10. Hinc cupio nomen ire i. e. nominari.

7, 11. Me laudent doctae placuisse puellae, sc. me. Sic Cic. de Or. III. 36. Licet me existimes desperare ista posse perdiscere = me ista posse perdiscere. Cfr. Madvig, Gramm. § 401.

7, 13 sq. Occurrunt in Prop. poematis neglectus bis (I. 7, 13. V. 5, 7), amator novies (I. 7, 13 II. 3, 16. III. 8, 12; 13, 35; 14, 4; 20, 17. V. 13, 32; 15, 13).

7, 16. Nolim violasse. Vide I. 1,15.

7, 17. Agmen septem i. e. agmen τῶν septem. Soph. Ant. 141. Ἑπτὰ λοχαγοὶ ἐφ ἑπτὰ πύλαις ταχθέντες. Kol. 1311.

7, 21. Me non humilem mirabere poetam sc. esse.

7, 25. Cave nostra contemnas carmina. Cave cum coniunctivo construi solet: Cic. Att. 1,11. Libros tuos cave cuiquam tradas, perraro cum coniunctione ne: Pl. Aul. 3, 6, 49 cave ne mutassis.

7, 26. Saepe venit magno fenore tardus Amor. Exstat adiectivum loco adverbii. Sic. (Tib.) Sulp. 2, 24. Celer recurre. Lygd. 5, 8 Temptavi audax etc.

Prop. I. 8.

8, 1. sq. Propertius solus post interrogationem, cui ne particula adnexa est, posuit aliam ab an incipientem. Cfr. Wolff p. 21, 16, 13.

8, 5. Me quaeso teste negare potes? Illud quoque Propertianae orationis peculiare esse censeo, quod saepius posse verbum adhibetur in interrogationibus indignationis atque irae plenis. Wolff. Cfr. I., 13, 14.

8, 5. Murmura. Hic. pluralis numerus etiam reperitur 2, 4, 29; singularis IV. 7, 4. Significatur murmur omnium fluctuum magni maris.

8, 6. Fortis audire pro adverbio „fortiter.“ Cfr. I. 7, 26.

8, 7. Occursant ap. Prop. positus quaterdecies (I. 8, 7; 3, 15; 9, 8; 17, 20. II. 1, 36; 3, 17; 8, 5. III. 6, 22; 9, 9; 25, 1; 32, 59. V. 5, 37; 9, 58; 11, 19), defixus semel (I. 8, 23), iuratus semel (I. 8, 27), fretus ter (I. 8, 42. V. 6, 41; 10, 32), lectus septies (I. 8, 19; 12, 10. III. 32, 29; IV. 5, 28; V. 4, 42; 4, 44; 10, 4), citatus semel (I. 8,23), provectus semel (I. 8, 16).

8, 7. Pruinas. De nive, frigore et glacie hic pluralis usurpatur. Val. Fl. 8, 210. Hyperboreae pruinae.

8, 8. Nives. Haud raro legitur hic numerus vocabuli „nix.“ Sic Liv. 5, 3. Plin. 17, 22. 2, 103. Ov. Fast 3, 236. etc.

8, 9. Tempora brumae loco singularis „tempus“ brumae, brumale tempus (Mart. 14, 136).

*

8, 11, 12, 15. Nec-neve-et pro „ne-neve-neve."
8, 13. Non videam = ne videam.
8, 13 sq. Non videam tales subsidere ventos cum tibi profectas auferet unda rates i. e. si tales ventos, quales spirabunt, cum etc.
8, 22. Quin = ut non.
8. 22. Tuo limine = ante januam domus tuae, ante aedes tuas.
8, 22. Vita . Vide I. 2, 1.
8. 24. Dicite, quo . . . est. In interrogatione obliqua poeta indicativum modum ponit (sic II. 9,28. 32,55. III. 1, 5. IV. 3, 23. B.).
8, 23. Deficiet rogitare. Verbum „deficere" cum infinitivo construitur ut deesse I. 16, 7.
8, 26. Futura meast Coniugatio periphrastica activa apud Propertium legitur quaterdecies, in primo libro quater (I. 8, 26; 13, 33; 17, 3; 19, 8.)
8b., 29. Falsa licet cfr. III. 32, 72.
8, 31. Illi carus ego (sc. dicor) et per me carissima Roma dicitur.
8, 33. Angusto requiescere lecto. Est ablativus loci.
8, 33. Illa mecum requiescere . . . et maluit esse mea, Quam sibi regnum sc. esse.
8, 37. Quamvis magna daret, quamvis maiora daturus sc. esset.
8, 38. Meos sinus sc. Propertii. Hoc plurali notio nominis, quod ad intimam familiaritatem et amorem et convictum refertur, amplificatur.
8, 41. Sunt Musae neque amanti tardus Apollo i. e. sunt Musae et Apollo amanti non tardus, quis (quibus) fretus amo.
8, 43. Quis = quibus (cf. III. 34,88.) Hac forma usus esse videtur poeta metri necessitate adductus Ex Varronis aetate (apud Sallustium, Livium, Tacitum, in cod. Med. Cic. ep. ad fam. 11, 16, 3 forma „quis" pro „quibus" ponitur.
8, 46. Norit gloria meam canitiem i. e. gloria durabit usque ad meam senectutem. Canities significat metonymice ipsam senectutem. Hor. Od. 2, 11, 7; 1, 9, 17.

Prop. I. 9.

9, 1. Tibi venturos amores sc. esse. Venire idem valet quod „accedere, pervenire“. Cic. N. D. 3, 14. Ad quem dolor veniat. Caecin. 26. Maior hereditas venit unicuique.

9, 1. Legitur inrisor ap. Prop. semel, emptus ter (I. 9, 4. IV. 12, 34. V. 5, 33), erratum semel (I. 9, 31).

9, 5, 6. Non me vincant dicere. „Vincere“ cum infinitivo iungitur, cum significat „besser können“; sic. Sil. 5, 552 nulli victus ponere castra; 6, 141 non ullo amne victus extendere undas.

9, 6. Dicere cfr. 9, 34. IV. 1, 85; 8, 17. B.)

9, 9. Quid. Cfr. I. 2. 1.

9, 10. Moenia (i. e. Thebarum) Amphioniae lyrae i. e. saxa suavi cantu Amphionis ad struendos muros Thebanos tracta. Hor. Od. 3, 11, 12. — Moenia = aedificia cum muris.

9, 11. Versus. Singularis pro plurali. Sic. (Tib.) Paneg. 34 aeterno versu; 201 versus noster. Pro carmine etiam exstat. Cic. Or. 3, 50 in versum se mente ac voluntate conicere.

9, 11. Plus valet Mimnermi versus Homero i. e. versu Homeri plus valet Mimnermi versus.

9, 23. Nullus Amor cuiquam i. e. non Amor cuiquam.

9, 25. Nec decipiat = neve d. Sic. Virg. A. 11. 354 nec te ullus violentia vincat.

8, 16. Medio flumine = in medio flumine.

9, 17. Neque dum s. nec dum = et non dum.

9, 19. Accedere aliquem. Verbum transitivum „accedere“ apud Sallustium, poetas, posteriores reperitur. Enn. ap. Gell. 10, 29 accedit muros Romana iuventus. Sil. 14, 3. Sicanios accedere portus. Liv. 29, 5. Ligures Genuamque accesserunt.

9, 28. Nec vigilare .. cedat (einräumen) Amor. „Concedere“ iungunt infinitivo Lucretius, Vergilius, Horatius. Cfr. Draeger, hist. Synt. 2, 318. — Stat. Th. 1, 704 cui cessere florere Hor. Epist. 2, 1, 66. Dicere cedit.

9, 32. Tu possis, spiritus iste levis. Iste pronomen ponitur, quod ad eum pertinet, quocum poeta loquitur. Cfr. Madvig Gramm. § 486. Gossrau, Lat. Sprachl. § 381. 2.

Prop. I. 10.

10, 1 sq. Cum — ad fueram. Cum temporale usurpatur cum indicativo plusquamperfecti. Exempla vide ap. Draeg. hist. Synt. II. p. 536.

10, 2 Vestris conscius in lacrimis. Cic. Att. 1, 18. Qui mihi et in republica socius et in privatis omnibus conscius . . . esse soles.

10, 3. Supplendum est verbum „est."

10, 4. Vocanda sc. est.

10, 4. Illa vocanda sc. nox. Gerundio, quod ter legitur in hac una primi libri elegia, Prop. quinquagies septies utitur. Ubique iungitur dativo personae praeter III. 32, 50 (Luc. Muell.; II. 34b, 50. Baehr.): a nobis domandus eris.

10, 5. Ponuntur ap. Prop. moriens bis (I. 10, 5. V. 3. 6), labens quinquies (I. 10, 7; 17, 27; 20, 19. III. 21, 8. V. 2. 53), inritatus bis (I. 10, 25).

10, 5 sq. Te morientem vidimus et . . ducere. „Videre" cum participio ad personas, „videre" cum infinitivo ad actiones personarum spectat. Similiter scripsit Liv. 21, 23, Cic. Tusc. 5, 39.

10, 6. Longa ducere verba mora. Mart. 11, 39. Suspiria ducere. Verg. A. 4, 463. Longas in fletum ducere voces, h. e. edere.

10, 7. Premeret mihi somnus ocellus. Virg. A. 9, 4, 86. pressive oculos. Quint. 6, 2. sensum oculorum premit amor.

10, 8. (Quamvis) mediis caelo Lunaruberet equis i. e. medio caelio.

10, 11. Concredere hic scribitur absolute sine accusativo = fidei (nostrae) tradere.

10, 17. Nec levis. Est litotes figura; vide I.

10, 19. Quae cuique petenda forent. Vide 10, 4

10, 20. Quae cavenda forent. Vide 10, 4.

10, 21. Fristi pugnare puellae Pugnare alicui est Graecismus. Poetae enim Graecorum more s. ad exemplum Graeci verbi μάχεσθαι verba „certare, luctari, pugnare“ dativo iungunt. Catullus poeta primus hac constructione utitur; 62, 64. noli pugnare duobus. Horat. Od. I. 1, 15; 3, 13. II. 6, 15, epod. 11, 18. Sat. I. 2, 73. II. 5, 19.

10, 22 Superba loqui. Est graecismus; pro superbe dicere (Lucr. 5. 12, 23), superbe invehi (Plaut. Merc. 5, 438) ponitur suberba; sim. ὑβρίζειν δεινά, ψευδῆ μαρτυρεῖν, μικρὰ παρανομεῖν.

10, 26. Justas ponere (dep:) minas. Cf. III. 8, 1. Simili ratione. Inimicitias ponere. Cic. Fam. 8, 6. Virg. Aen. 1, 306, ferocia corda.

Prop. I. 11.

11, 1 Eequid adverbialiter usurpatum pro mera interrogandi particula positum est in interrogationibus, quibus animus alicuius ad aliquid convertatur et incitetur. W. Cf. Cat. 88, 4. 28, 6.

11, 1. Occurrunt ap. Prop. cessans semel (I. 11, 1), mirans semel (I. 11, 3), subditus ter (I. 11, 3. IV. 22, 34. V. 11, 9), simulatus bis (I. 11, 7. III. 19, 31), minutus ter (I. 11, 9. III. 5, 42; 27, 3), amotus semel (I. 11, 15), perspectus semel (I. 11, 17), corruptus bis (I. 11, 27. III. 30, 33).

11, 2. Herculeis litoribus. Est ablativus loci.

11, 5. **a!** = ah! est interiectio variis affectibus exprimendis apta. Scribitur **a** sine aspiratione, quod docet etiam Prisc. sub. fin. l. 15., ubi scribit a et praepositionem esse et interiectionem et nomen (Forc. Lex.).

11, 5. Nostri cura subit memores a! ducere noctes. „Cura est“ cum infinitivo iungitur a poetis et a posterioribus (Draeg hist. Synt. II. p. 348 sq.). Hoc. loco mirum est infinitivum non referri ad subiectum. Liberior ergo est infinitivi usus.

11, 6. Ecquis. Pronomen interrogativum cum ec compositum

pro adiectivo positum est. In eiusmodi interrogationibus semper inest magna vis atque gravitas. W. I. 11, 1. II. 23, 8. De particula „an“ v. 7. vide etiam Wolff. diss. p. 21. Nescio quis cfr. II 29, 3, 14. III. 23, 13. B.).

11, 12. Facilis cedere. Crebro „facilis“ cum infinitivo usurpatur. Prop. II. 21, 15 aurem praebere. Lucan 6, 21 cedere. Cfr. Draeg. II. p. 359.

11, 12. Manu. Dativis in u pro ui cf. II. 1, 66. V. 6, 22.

11. 19 sq. De rhetorico poeticove usu vide Wolff. diss. p. 46.

11, 21. Non -- aut = neque — neque.

11, 23. Cfr. Il. VI. 429 sq.

Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ἠδὲ, κασίγνητος σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.

Prop. I. 12.

12, 1. Quid mihi desidiae non cessas fingere crimen. IV. 10, 3. criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis. Liberior dativi incommodi usus est, qui saepius usurpatur in lingua Graeca (Kühner, gr. Gramm. § 423, 24. 25. b.). Cfr. Tibull. I. 2, 90; 9, 66; epigr. 1, 16.

12, 3. Meo lecto divisast (cfr. Draeg. I. p. 462) cf. Stat. Theb. 3, 166 Quin ego non dextras miseris complexibus ausim dividere.

12, 3 sq. Tam multa (= tot) milia divisast quantum dissidet. Cato. R. R. 114. Ubi vites ablaqueantur, quantum putabis ei vei satis esse, tot vites ablaqueato.

12. 4. Discidere cum dativo a poetis iungitur ut verba pugnandi et certandi. Hor. Carm. II. 2. 18. Dissidens plebi.

12, 5. Inveniuntur semel apud Prop. consuetus (I. 12, 5), despectus (I. 12, 17), translatus (I. 12, 18), bis adspersus (I. 12, 16. IV. 13, 15).

12, 6. Dulcis sonat (cf Kühner, lat. Gramm. II. § 63 u. gr. Gramm. § 405, b, 2). Poeta pro adverbio adjectivum adhibet. De hoc usu apud Tibullum plane scribit Streifinger, de syntaxi Tib. p. 22.

12, 9. num — an. Bis apud Prop. prior interrogatio parti-

cula num, posterior particula an formatur (III. 24, 9 et 11).

12, 10. Dividit i. e. diducit, solvit.

12, 15. Felix qui reperitur etiam III. 34, 71, 73.

12, 15 sq. Felix, qui potuit . . . aut si. Notanda est haec coniunctio enuntiatorum.

12, 15. Flere praesenti puellae i. e. coram puella. Tib. I. 10, 64. Quò tenera irato flere puella potest. Similiter II. 5, 103. Nam ferus ille suae plorabit sobrius idem. Permulta asyndeta in hac elegia occurrunt.

Prop. I. 13.

13, 1 sq. Nostro — vacem; vide I. 1, 27.

13, 2. Reperiuntur ap. Prop. abreptus bis (I. 13, 2. II. 8, 29), deceptus bis (I. 13, 5. III. 8. 54), perditus semel (I. 13, 7), vinctus quater (I. 13, 15. IV. 14, 22. V. 2, 44; 9. 52), iniectus ter (I. 13, 16. III. 27, 21. IV. 11, 7), optatus ter (I. 13, 17; 14, 9; 17, 18), mixtus octies (I. 13, 21; 20, 38. III. 32, 57. IV. 12, 29; 24. 5. V. 5, 78; 7, 19; 7. 44), flagrans ter (I. 13, 23. IV. 10, 9; 18, 3). praeteritus quinquies (I. 13, 27; 20, 9 III. 5, 36; 6, 9. IV. 10, 7).

13, 4. Fallere te numquam velit. Poetae „non, nunquam“ in enuntiatis nonnunquam ponunt, ubi prosa oratio particula „ne etc.“ utitur. Ov. A. A. III. 133. Non sint sine lege capilli.

13, 5. Tibi augetur tama = tua aug. f. Dat. pro gen. subi.

13, 11. Tibi compescet amores = tuos I. 14, 11. 13, 5. 6, 35. 10, 7. 9, 1.

13, 12. Vidi te languescere et flere . . et cupere. Cfr. Draeg. II. p. 363. Gossrau § 452. 6.

13, 20. Inter utrosque. Poeta pluralem huius pronominis usurpat etiam cum de duobus simpliciter loquitur. (Madvig, lat. Gramm. § 495, Anm. 2.) Rarissimus est pluralis hoc sensu usurpatus; exstat pro „hi utrique.“ Caes. B. G. I. 53. Sal. Cat. 5. Liv. XXX. 8. Cfr. etiam Forcell. Lex. IV. p. 493.

13, 21. Salmonida. Accusativus graecus, qui in Prop. elegiis saepius occurrit.

13, 21. Enipeo. Est synizesis, quam ap. Prop. in tertio casu quater legimus (IV. 19. 13; 7, 67; 5, 7).

13, 21. Haemonio mixtus Enipeo Taenarius deus. Hoc verbum „coniungendi" finem, quo spectat subiectum, dativo exprimit, etsi non est compositum cum praepositione. Tibull. II. 1, 46 mixta securo est sobria lympha mero. Plat. Pro 346. οὐ πάντα λευκὰ οἷς μέλανα μὴ μέμικται (Krüger, gr. Gramm. § 48, 9.)

13, 21. Flagrans Heben = ardenter amans. Est graecismus. Stat. Silv. 5, 2, 119. miseram flagrabat Elisam, i. e. amore accendebat. (Draeg. I. p. 330 sq.)

13, 21. Salmonis Prop. III. 17, 13 Hom. Od. XI. 235 sqq.

13, 24. Ab Oetaeis rogis. Pluralem nominum locorum pro singulari poetae nonnunquam usurpare solent. Tibull. I. 3, 8. sepulcra (Draeg. (§ 5, 6.)

13, 27. Fastus est pluralis, qui I. 8, 15 etiam legitur. Singularis exstat I. 1, 3. I. 7, 25. Poetae consueverunt pluralem multorum substantivorum abstractorum pro singulari ponere. Tib. I. 8, 75 fastus. Prop. II. 19. 61. Ov. Met. 14, 461. A. A. 2, 241.

13. 31 sq. Illa — illa. Est repetitio vocum in principio versuum memoratu digna. Cfr. Cic. Verr. 2, 2, 10.

Prop. I, 14.

14, 1. Abiectus. Dicitur abiectus in loco (Ov. Her. 7, 1 abiectus in herbis olor) et in locum (Flor. 1, 1 abiectus in profluentem). Significat idem quod κατάκειμαι. Hom. Od. 10. 352. μῆλα, τὰ δὴ κατάκειτ᾽ ἐσφαγμένα.

14, 1. Occurrunt ap. Prop. abiectus bis (I. 14, 1. V. 7, 90). satus semel (I. 14, 5), tectum quater (I. 14, 11. II. 6, 33. III. 22, 11; 28; 30).

14, 1. Unda. Singularis (ablativi loci) pro plurali adhibetur ut (Tib.) Lygd. 5, 30. Paneg. 60

14, 2. Mentoreo bibas opere; est ablativus, quo nonnunquam iungunt poetae hoc verbum, velut Juv. 10, 25. Fictilibus.

Virg. Ge. 2, 506. gemma, i. e. poculo ex gemma facto. Contra Prop. 3, 3, 26 e gemma. — Cfr. III. 9. 13. Plin. h. n. 33, 53 et 55.

14, 3. Tam celeres currere lintres. Pro adverbio adiectivum adhibetur. Tibull. I. 5, 4. Quem celer assueta versat ab arte puer.

14, 4. Tardas ire rates. Vide 14, 3. Similiter Tibull. I. 4, 28. Non segnis stat remanetque dies.

14, 5. Unde cfr. Wolff. diss. p. 30.

14, 7. Meo contendere amori. Cfr. I. 10, 21. Draeg. I. 375.

14, 5. Satas silvas i. e. arbores.

14, 11. Tecta; ipsam domum significat per synecdochen, pluralem sensu singularis etiam adhibet Tibullus poeta I. 4, 1.

14, 12. Mihi veniunt. Cfr. Cic. Fam. 9, 2. At tibi repente paucis post diebus venit ad me Caninius.

14, 12. Legitur gemma. Collective ponitur gemma; dicitur de margaritis. Mart. 8, 28. Cedet Erythraeis eruta gemma vadis.

14, 13. Mihi cessuros (sc. esse).

14, 15. Quis gaudet? Wolff. diss. p. 36.

14, 14. Fata = fatum; sic I. 19, 2.

14, 18. Illa potest sc. Venus.

14, 19 et 20. Tempora variari (metuit, timet) memorabile est. Cfr. Draeger I. p. 207. § 123.

14. 20. Ostrino subire toro. Subire cum dativo s. ablativo a poetis usurpatur. Tibull. I. 4, 41. Duro subiisse labori. Virg. A. 6. 222, ingenti subiere feretro. Virg. A. 7, 161. muro subibant. Prop. 3, 17, 14. liguido subire deo. Stat. Theb. 1, 406 subit uno tegmine. Cfr. etiam Draeg. I. p. 352 sp.

14, 21. Toto cubili. Est ablativus loci.

14, 22 De interrogatione cfr. Wolff. diss. p. 26.

Prop I. 15.

12, 2. Leguntur ap. Prop. exceptus semel (I. 15, 2), sup-

positus quater (I. 15, 36; 22, 9. III. 5, 15. 30, 40), motus ter (I. 15, 9; 16, 20. V. 1, 105), incomptus bis (I. 15, 11. IV. 5, 9), locutus bis (I. 15, 12. V. 1, 104), rapiens semel (I. 15, 15), elatus bis (I. 15, 21. V. 8, 59), inversus semel (I. 15, 30), admissus ter (I 15, 38. III. 27, 38. V. 8, 73).

15, 3. Aspice; vide I. 2, 9 et Wolff. diss. p. 41.

15, 4. Lenta venis; cfr. I. 14. 3, 4. — I. 5, 32 Non impune illa rogata venit. — Tibull. II. 2, 3, 41 propior venit.

15, 8. Novo ire viro. Est dativus „der Ortsrichtung." Draeg. I. § 188. Virg. Aen. V. 451. — Prop. 1. 20. 32. — Sil. 15. 327. Cogitur ire sorori germanus amatae.

15, 9. Calypso. Hom. Od. 5. 28—31.

15, 10. Fleverat aequoribus; cf. I. 12, 15. Sed ablativus loci mihi esse videtur contra aliorum sententiam.

15, 12. Locuta Participium perfecti habet notionem participii praesentis. Cfr. Madvig, lat. Gr § 431 b. Gossrau, Spr. § 444.

15, 12. Iniusto locuta salo. Loqui raro cum dativo construitur. Stat. Theb. 12, 26. Viduisque loquuntur. Ter. Phorm. 2. 3, 35. Pl. Truc. 2, 2, 10. Sil. 16, 323.

15, 13. Quamvis visura. Cfr. Draeger. § 592. p. 785 sq.

15, 13. Et quamvis nunquam post haec visura dolebat. II. 8. 7. Visura et quamvis nunquam speraret Ulixen. Draeg. II. p. 421 et 422 (§ 458).

15, 15. Alphesiboea. Apollod. III. 7, 5. Ov. Met. IX. 5, 410.

15, 17. Aesoniden. Est accusativus nominis patronymici e lingua Graeca petitus.

15. 18. 19. Hypsipyle. Vide I. 3, 4. — Ov. Her. 6, 115

15, 21. Ignes = ignem, rogum. — Euadne Ov. Ars. am. III. 21. — Vide I. 3, 4. Cfr. IV. 13, 24.

25, 22. Fama pudicitiae h. e. Euadne.

15, 24. Tu (sc. Cynthia) . . nobilis historia. A Propertio dicitur historia is ipse, qui historiae materia et argumentum est. Forc. L.

15. 26. Parce movere. Tibull. I. 6, 51. Draeg. II. p. 322.

„Parce“ pro „noli“ (φείδου) a poetis infinitivo iungitur. Hor. Od. 3, 28, 7. Parcis deripere. — Usus infinitivi cum aliis verbis coniuncti est apud poetas frequentissimus. Cfr. Hor. Od. I 1. 8 certat tollere, 21. demere spernit. 34. refugit tendere. Quorum verborum exempla sunt „velle, nolle, coepisse, desinere, odisse, invidere, parcere, quaerere, differre, timere, amare, mittere, gestire, metuere, furere, fugere“.

15. 27. Dolitura si quid . . tibi incíderit. Haec structura a Livi aetate usitata est. Draeg. II. p. 725.

15, 29. Vasto labentur flumina ponto. Draeg. § 188 (I. p. 394).

15, 29, 30. Tempora variari (labentur, duxerit) est notatu dignum

15, 32. Si quodcunque voles, non aliena tamen, sc. eris.

15, 34. Per quos i. e. ocellos. Per notat hic causam, unde aliquid fit.

15. 34. Mihi = a me. Cic. Verr. IV. 42. Res mihi tota provisa est. (Madvig § 250 a.)

15, 35. Hos ocellos iurabas. Est ἑλληνισμός. Tibull. Numina iuro (epigr. I. 15 s. 4, 13, 15). Sil. 8, 105 Hen. An II. 4, 7. III. 1, 22. ἐπιορκεῖν θεούς. Cfr. Draeg. I. p. 356.

15, 36. Jurare, ut. Particula „ut“ significat, quem ad finem aliquid fiat. Cfr. Draeg. II. § 391.

15, 36. Suppositis manibus. Similiter III. 32, 39 supposita manu.

15, 37. „Et“ interrogationi praepositum inservit exclamationi cum admiratione et indignatione coniunctae; (cfr. IV. 4, 17 B.) W.

15, 39. Multos pallere colores i e in multos colores vultum mutare. Est notabile exemplum obiecti interni s. absoluti, quod vocant. Draeg. I. p. 356. — Graecae syntaxis proprium est. Cfr. etiam Gossrau Spr. § 394. b. Anm. 3. Kühner, gr. Gr. § 46. 5 sq.

15. 41. Ego nunc pereo similes moniturus amantes. Exstat part. fut. loco enuntiati finalis. Vide Draeger II. p. 745 sq.

15, 42. Tutum sc. est.

Prop. I. 16.

16, 2. Tarpeiae. Cfr. IV. 4.

16, 3. Limina = limen. Cfr. Hor. Od. III. 10, 1—4. I. 25. 3—8.

16, 3. Reperiuntur ap. Prop. in auratus semel (I. 16, 3), captus duodevies (I. 16, 4. II. 1, 30; 9, 24. III. 1, 18; 3, 18; 17, 10; 28, 10. IV. 1, 32; 3, 16; 4, 16: 10, 68; 11, 25; 14, 6; 18, 4. V. 4, 2; 8, 56; 10, 26; 11, 88), pulsatus semel (I. 16, 6), traditus semel (I. 16, 10), argutus quinquies (I. 16, 16; 18, 26; 18, 30. II. 3, 23. IV. 20, 18), reseratus semel (I. 16, 19), iacens ter (I. 16, 23. IV. 5, 29. V. 4, 87), miseratus semel (I. 16, 25), traiectus bis (I. 16, 27. V. 10, 39), patiens ter (I. 16, 29; 20, 29. V. 7, 47), occultus quater (I. 16, 44; 18, 3. II. 31, 7. IV. 10,54), victus septies (I. 16, 36. IV. 1, 62; 4, 15; 10, 59; 12, 48. V. 3, 12; 10, 47), debitus quinquies (I. 16, 44; 19, 2; 20, 35. III. 26, 14. IV. 6. 9).

16, 4. Captorum lacrimis supplicibus i. e. captorum supplicum lacrimis.

16, 6. Pulsata (sc. esse) indignis queror manibus. Cfr. Draeger II. p. 421. (§ 458).

16, 7 sq. Mihi non desunt turpes pendere corollae . . et . . iacere faces. Draeger II. 326. — Cfr. I. 8, 23. Ne me deficiet nautas rogitare. Tibull. Paneg. in Mess. IV. 1. Tum tibi non desit faciem componere pugnae.

16, 9. Infames dominae defendere noctes. Cfr. Virg. ecl. 7, 47. sostitium pecori. Hic dativus etiam invenitur: Hor. Od. I. 17, 3. Aestatem capellis defendere. Sil. 5, 490. morti dedecus defendere. Sil. 17, 431. misero defendere telo. Pl. Most. 4, 2, 20. Iniuriam foribus defendere. De cuius verbi coestructione vide Zumpt, Gr. § 469.

16, 11. Revocatur parcere famae. Cfr. Draeg. II. p. 316.

16, 12. Turpior vivere. (Tibull.) Lygd 5, 31. vivite felices. De vv. 11. 12. cfr. Luc. Muell. praef. p. XXII.

16, 13. Deflere hic exstat sine obiecto ut Tac. a. 16, 13. Cfr. Luc. Mueller praef. p. XXII.

16, 17. Penitus crudelior. „Penitus“ voce amplificatur gradus comparativus ut ap. Vell. 2, 27 superlativus.

16, 17, 18, 19. Cfr. Wolff diss. p. 55, 5, 10.

16, 18. Quid mihi taces? Est dativus incommodi. (Tib.) Lygd. 205.

16, 20. Nescia reddere preces. Draeg. II. p. 354. — Reddere preces = audire, excipere, accipere preces. — Hae structura in Graeca lingua usurpari solet (Kurz, gr. Gr. § 89.), velut Xenophon ἀνεπιστήμων = nescius cum infinitivo.

16, 21. Finis nulla. Quod genus huius vocis saepe usurpat poéta noster. — De interrogatt. confer Wolff diss. p. 21.

16, 23 sq. Noctes — sidera — aura me dolet. Draeger § 104.

16, 40. Trivio. Similiter Virg. Aen. 4. 609. Nocturnis triviis ululata Hecate.

16, 41. Versu. Singularis usurpatur ut (Tibull.) Paneg. 34 versu. 201 versus noster

16, 41. Novo deduxi tibi carmina versu h. e. carmina novorum versuum. (Tib.) Paneg. 34. aeterno erunt tibi magna volumina versu Qui ablativi instrumentalis usus notandus est. Similiter Tib. I. 1, 1.

16, 45. Ad „haec ille“ ex sequente „obstrepit“ verbum dicendi supplendum est.

Prop. I. 17.

17, 1. Et merito . . „Et“ particula, cum in initio posita est, habet vim affirmandi. III. 23, 1 et vos Ovid. am. III. 12, 9. Et merito. — Et merito est exclamatio approbantis, si quid mali cuipiam digno evenit. Ov. Am. 2, 14, 40. Met. 6, 687 (Forc. L.) Ad. v. 585 Ov. Met. IX. notat J. Ch. Jahn: Et merito. Incipit abrupte. Nempe postquam multa secum cogitaverat de repulsa, quam tulerat, dolor in haec verba erumpit, Et merito. Cum res non successit ex animi sententia, singula, quae

fecimus, retractare solemus animo, et incerti mox in hoc mox in illo causas spei frustratae quaerimus.

17, 1. Fugisse potui. Cf. I. 1. 15.

17, 3. Occurrunt ap. Prop. visurus semel (I. 17, 3), circum datus quater (I. 17, 17 II. 1, 33. III. 30, 59. IV. 13, 29), natus septies decies (I. 17, 25. II. 7, 13; 9, 17. III. 15, 4; 20, 1. IV. 1, 10; 14, 35; 14, 36; 18, 18; 22, 32. V. 1, 35; 1, 43; 1, 89; 1, 90; 11, 59; 11, 67; 11, 73).

17, 6. Aspice quam increpat. Legitur in obliqua interrogatione modus indicativus. Baehrens: Increpet, quod habet codex Dauentriensis et c. Ottoboniano — Vaticanus. — Increpat minas i. e. magno strepitu ventus minatur. Cfr. Sil. 5, 188. Virg. A. 9, 503.

17, 7 et 8. Nulla ne . . . haecine. Vide Wolff diss. p. 14 et 16; pag. 21 de v. 11 et 12. de v. 15. pag. 17.

17. 7. Placatae veniet procellae. Est liberior dativi usus. Venire habet vim verbi „accedere." Cfr. Cic. Caecin. 26.

17, 12. Tuo tenere sinu. Cfr. Tibull. I. 1, 46. Dominam tenuisse sinu.

17, 16 Quamvis dura . . fuit. Cum praesertim non cogitata sed certa res significatur, poetae non abhorrent ab indicativo apud part. quamvis. Cfr. etiam Draeger II. p. 740. Prop. „quamquam" usurpat nullo loco, sed ubique „quamvis" cum coniunctivo, cum indicativo metri necessitate coactus.

17, 18. Hor. Od. I. 3. 1—2; 12, 25—32. — Tyndaridas. Est graeca accusativi pluralis formatio, quae apud Prop. sexies reperitur.

17, 19. Sepelissent. Haec contractio in verbis quartam coniugationem sequentibus quinquies ap. Prop. occurrit (IV. 1, 41; 12, 29. V. 4, 39; 11, 41).

17, 22. Ponere tenera rosa. Nomen plantae collectivo sensu pro plurali adhibetur. Rosis mortui spargebantur; cfr. Virg. A. 6, 885.

Ponere rosa; similiter Tibull. I. 1, 61. Positum lecto.

17, 22 v. 21. Inest ἀνακολουθία. Poetam orationem fere voculis „et illa“ producere oportuit.

17, 24. Ut mihi non . . Ubi pro „ne“ ponitur „ut non,“ non tota sententia, sed aliqua pars enuntiati negatur. Draeger. § 542, 1.

17, 25. Doride. Cfr. III. 7, 67.

Prop. I. 18.

18, 5. Unde adverbium interrogativum in nectis interrogationibus apud Prop. legimus ter translatum. Vide Wolff. diss. p. 4. 7. 26. 50.

18, 6. Flendi principium. Est exemplum genetivi gerundii, quod unum legi primo elegiarum libro; omnino exstat hic gerundii casus quinquies ap. Prop. (IV. 8, 3; 12, 13; 13, 31. V. 4, 88.)

18, 7. Felices inter numerabor amantes. Draegerus errat hanc structuram existimans ex Livi aetate usurpari. Draeg. I. p. 567.

18, 9. Quid tantum merui? Poeta voci „tantus“ bis (III. 7, 14 B.) pronomen interr. iungit. Cfr. Catull. 66, 31. Quis te mutavit tantus dolor. Simil. Soph. Τραχ. 1140. Καὶ τίς τοσοῦτος φαρμακεὺς Τραχινίων;

18, 10. An . . ? Cfr. Wolff. diss. p. 20.

18, 11. Levis referas. Tibull. II. 6, 53 anxia vivas. I. 9, 45. miser interrii etc. pariter adhibet adiectivum pro adverbio.

18, 12. Nostro limine intulit. Est ablativus instrumenti, ut apud verba recipere, accipere, excipere. Draeg. I. p. 487.

18, 13. Quamvis — debet. Vide I. 17, 6.

18, 14. Venerit est potentialis modus. Venisse significat saepe idem quod „esse,“ graece ἥκειν, quo sensu Sophocles poeta ἥκειν saepe usurpat.

18, 15. Ut tibi sim furor h. e. ut tibi irascar.

18, 16. Occurunt ap. Prop. deiectus bis (I. 18, 16. III. 29, 13), factum quinquies (I. 18, 26. III. 30, 2. IV. 2, 3;

5, 21. V. 9, 33), iussum bis (I. 18, 26, IV. 8, 52), incultus bis (I. 18, 28. IV. 8, 52).

18, 17. An quia formula adhiberi solet in proponendis causis. Wolff. diss. p. 20.

18, 20. Fagus et pinus. Poeta utitur nominativo, ubi vocativus postulatur. Sic Plaut. Most. 311. Oculus meus. Virg. Aen. 6, 836. Sanguis meus. Stat. Theb. III. 239 meus ordine sanguis. Cfr. Iwan Mueller, Handbuch der Klass. Altertumswissenschaft. II. p. 262. 52.

18, 21. Teneras sub umbras. Pluralis, pro singulari; sic Plat. σκιαί. ὧν καὶ σκιαὶ καὶ ἐν ὕδασιν εἰκόνες.

18, 22. Scribitur nostris Cynthia corticibus; sic V. 7, 83. carmen media scribe columna.

18, 24 sq. Curas, quae cognita sunt. Substantivi abstracti pluralis iungitur cum genere neutro, quod perraro fieri solet.

18, 27 sq. Numeros variari notabile est.

18, 28. Hyperbaton inest.

18, 30. Dicere ad argutas aves. Dicere ad aliquem pro alicui: Modestin. Dig. 38, 10, 4. Helena ad Hectorem dicit, est exemplum, quod unum profert Lex. Forcell.

18, 31. Resonent mihi „Cynthia" silvae. Cynthia est nominativus casus, qui simpliciter nominat rem aut personam. Exempla similia leguntur apud Suetonium et Justinum. (Iwan Mueller, Handbuch etc. II. p. 262. 51.)

18, 32. Nec — vacent pro neve, quod poetae saepius usurpare solent. Cfr. Streifinger, De synt. Tibull § 14.

Prop. I. 19.

19, 3. Ne tuo careat mihi funus amore h. e. meum funus.

19, 5. Nostris puer haesit ocellis. Etiam Cicero coniungit „haerere" tertio casui (Rosc. Com. 6, 17. Sest. 29, 62). Draeg. I. p. 393. Poetae et posteriores hanc structuram usurpant, velut Lucan. 3, 24. Plin. ep. 7, 27.

19, 10. Antiquam domum venire. Sic in prosa oratione „alienam domum" usurpatur.

19, 13. Formosae veniant chorus heroinae = chorus formosarum heroinarum. Heroinae cfr. Virg. A. III. 325.

19, 18. Futura sc. sunt.

19, 23. Cadens semel legitur in Prop. poematis.

Prop. I. 20.

20, 6. Ardor ponitur per metonymiam s. denominationem loco pueri amati, ut Ov. fast. 2, 308. Met. 14, 682.

20, 8. Unda singularis collectivo sensu est pro „undae." Aniena cfr. Hor. od. I. 17, 13.

20, 7 sq. Sive leges — sive tinxerit — sive spatiabere — sive .... (ellipsis verbi) sc. recipieris.

20, 9. Gigantea ora. Est ablativus instrumenti.

20, 11. Huic tu (v. 7) defende rapinas. „Defendere alicui aliquid" usurpant poetae. Cf Virg. Ecl. 7. 47. Hor. Od. 1. 17. 3. Cic. Cat. mai. 53. Similiter dixit Persius I. 83. pellere capiti pericula. Ex. Graec ἀμύνω τί τινι Il. ,11 588. 16, 836. 9, 435 etc. ἀλάλκω τί τινι Il. 9, 251. 9, 347 etc.

20, 12. Adryasin. Haec forma pluralis e Graeca lingua petita apud Prop. ter idque hac elegia scribitur (20, 32 Hamadryasin; 20, 34 Thymiasin).

20, 14. Neque expertos = et incognitos.

20, 13 sq. Ne tibi sit h. e. möge es dir nicht begegnen, dass du .. Cfr. III. 3, 41. Ne tibi sit rauco praeconia classica cornu flare. Tibull. I. 6, 24. In prosa oratione non legitur haec structura. Draeg. II. p. 294.

20, 15. Leguntur ap. Prop. semel perpessus (I. 20, 15), indomitus (I. 20, 16), egressus (I. 20, 18), invictus (I. 20, 23), sepositus (I. 20, 24), sectatus (I. 20, 25), pendens (I. 20, 29), decerpens (I. 20, 39), propositus bis (I. 20, 40. III. 28, 14), incumbens bis (20, 4. IV. 12, 37), demissus septies (I. 20, 43. III. 6, 11; 19, 36; 31, 37. V. 2, 38; 8, 9; 7, 17), innixus semel (I. 20, 44), trahens bis (I. 20, 44. V. 9, 65), accensus quater (I. 20, 45. III. 30, 9. IV. 15, 16. V. 1, 19), miratus semel (I. 20, 46), solitus

sexies (I. 20, 46. II. 3, 6. IV. 1, 40; 3, 8; 6, 42. V. 7, 9), prolapsus bis (I. 20, 47. V. 1, 94), monitus semel (I. 20, 51), visus semel (I. 20, 52).

20, 17 sq. Navalibus egressum Apud Caesarem et Ciceronem nonnunquam adhibetur hic ablativus; scriptores crebrius hunc casum usurpant. Curt. 8. 5. convivio. Caes. b. g. 4, 21 et 24 navi.

20, 17. Argon (argo vulgo in O. Baehr. p. 32). Est accusativus Graecus Aeolici sermonis ratione formatus, qui saepius apud Ovidium legitur, velut Her. VI. 65, XII. 9. Forcellini (Lex. I. p. 229) errat existimans hoc nomen proprium in omnibus casibus praeter genetivum formam „Argo" Graeca positione habere.

20, 18. Isse est rara syncope pro „ivisse." — Phasidos. Vide I. 1, 10. De Ph. Pomp. Mela I. 19. — 19. Athamantidos; vide I. 1, 10. IV. 22, 5.

20, 21. Placidis constitit oris. Est ablativus instrumenti; sic Liv. carpento sedere.

20, 22. Littora pro sing. „litus."

20, 23 sq. Processerat quaerere; vide I. 1, 12.

20, 26. „Hunc" vocem bis in initio versus repeti est notandum.

20, 32. Ibat Hamadryasin. Draeg. I. p. 394. Cfr. Virg. A. 4, 451 it clamor caelo. Apul. 4, 16. Navalibus suis ire.

20, 35. Nullae (cf. toto IV. 11, 57) in omnibus codd exstat. Hanc formam legimus Pl. Mil. 3, 1, 207. Rei nullae aliae. Lucr. 6, 392 nullae rei.

20, 37. Inriguo prato; est ablat. loci.

20, 38. Lilia purpureis mixta papaveribus. Vide I. 1.

20, 43. Haurire parat. De structura verbi „parare" agit Draeger II. p. 302. Hor. Sat. 2, 3, 13 invidiam parare placas. Epist. I. 3, 24. respondere paras.

20, 50. Ab extremis fontibus = ab extremo fonte.

Prop. I. 21.

21. 2. Etruscis aggeribus. Sueton. Octav. 14, 15.

21, 3 Quid cfr. Wolff. diss. p. 5.

21, 9. Super adverbium est, ut. Virg. A. 5, 723 super tales effundit voces.

21, 9 Occurrunt ap. Prop. turgens bis (I. 21, 3. IV. 5, 27), dispersus semel (I. 21, 9), ereptus ter (I. 21, 7. II. 1, 13; 8, 36), actum bis (I. 21, 6. III. 5, 2).

Prop. I. 22.

21, 1. Qualis; vide I. 5, 31. Unde vide I. 14. 5. Wolff. p. 30 et 29.

22, 6. Pulvis Etrusca. Genus femininum vocis „pulvis" Prop. ter usurpat (III. 13, 15. V. 9, 31), genus mascul. quater (I. 17, 23; 19, 6; 19, 22. V. 2, 40).

22, 6. Sis. Ita scribunt omnes codd., quorum auctoritas non debuit cedere coniecturae „sic."

22, 9. Contingens semel ap. Prop. invenitur.